



Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 10. Examinatur doctrina recentioris cuiusdam Anonymi contra
scientiam medium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

cur à Deo hypotheticè, vel absolutè, independenter ab existentia ut iam posita, ea virtute & ratione intelligendi, quā nouis futura conditionata nō inquam exitur, & futura absoluta, prius quām actu existant, & independenter ab existentia ut iam posita?

92 Porro sicut res possibiles, vt tales, minus
postulant, quām vt futuræ conditionatæ: & vt
futurae conditionatæ, minus quām vt futurae
absolutæ: & denique vt futurae solutæ, mi-
nus quām vt actu existentes: Quia vt actu
existant, debet esse actus earum productio-
ne, aut conseruatio, & Vt ei decretum de illis
producendis debet esse traditum executioni:
vt autem sint futurae absolutæ, non requiruntur
vt actu existant & producantur, sed suffi-
cere quād sint eviratae & producenda: vt verò

cit quod int extituta & producenda: vt vero
sint futurae conditionate, non requiritur
quod sine ipsis extituta: neque supponunt
vix m*Dei* decretum de producendo: sed tan-
tum quod si esset talis conditio, Deus decer-
neret eas producere: ut possibiles denique ni-
hil requirunt aliud, quam potentiam diui-
nam vi cuius possint existere. Sic decretum
Dei liberum ut possibile, id est, potens aliquo
modo, aut sub aliquo respectu, esse & non esse,
in quantum liberum est, minus postulat, quam
consideratum ut existens hypotheticè: & ut
existens hypotheticè tantum aut praescise,
minus quam ut existens absolutè. Primum
enim requirit tantum quod *Dei* possit libe-
re decernere: secundum, quod sit paratus de-
cernere si condicione ponatur: tertium, quod
decernatur actu. Vnde sicut propter ordinem
illam qui est inter creaturas ut possibles, ut
extitutas conditionate vel absolute, & ut ex-
istentes, dicitur Deus cognoscere prius ratio-
ne ut possibiles, quam ut futuras: & ut futu-
ras, quam ut existentes, ordine sumpro ex
parte obiectorum, quatenus Deus ea cognos-
cit cum independentia vel dependentia
quam habent sacer se: sic pari ratione dici pos-
test cognoscere sua decreta prius ut possibili-
ta, quam ut aliq*ua* liberè per *Dei* voluntati-
tem alieni conditioni si est ponatur. Et sic
etiam prius ratio, quam ut actu existentia
conditione iam posita. Neque propterea in-
celligitur respectus ad creaturas futuras sine
ipsis creaturis futuris, vel hypotheticè, vel
absolute, secundum quod considerantur ut
futurae hypotheticæ, aut absolute: fatetur
enim talem respectum non posse sine illis
intellegi.

93 Ad secundum Respondo, non esse opus
Deum aliter distinguere, hec instantia ratio-
nis, quam cognoscendo vnam veritatem ut
independenter ab alia, & prae*sup*posita isti,
non vide res. Quod Deum facere, negari
juri*ac*quiri. Cognoscit enim omnem verita-
tem completere*sue*, & omni modo quo est.
Si quæ autem imaginantur hinc aliam disti-
ctionem, tribuunt Deo ens rationis. Sed neq;
nos distinguimus aliter illas prioritates, si
rem bene concipi mus. Neque vero i*m*agina-
mur Deum pro aliquo initio cognoscere
suum decretum nondum existere, esq; for-

maliter futurum paulò post; sed tātūm intel-
ligimus notitiam Dei de tali decreto, sp̄ctato
sub conditione ponenda vel non pone-
da, eique conditioni alligato, non pendere ab
actuali præsentia decreti illius in aeternitate,
quoad cognoscibilitatem. Sed Deum perin-
de cogniturum, quamvis per impossibile de-
cretum illud incepturnum esset in tempore, si-
c ut decreta creaturarum in tēpore incipiunt.

Contrarium quoque sentit tertio, Valentin, Herice disp. 7. cap. 9. Sed quæ opponit, partim supponunt fallum: ut quod ait, decretum Dei liberum non distingui ratione præscindere ab actu necessario: & decretum Dei liberum non posse concipi ut possibile: quæ duo falsa sunt in eo sensu quem Author intendit. Falsum enim est actum Dei necessarium non præscindere à decreto libero, saltem præcisione non mutua, quatenus decretum liberum, quā liberum, addit aliquid & plus dicit, quam actus necessarius præcise sumptus. Falsum item est non posse idem decretum, quā liberum, concipi ut possibile, id est, non posse concipi Deum ut potentem velle id, quod verè à parte rei posset velle & non velle. Quod sine rei distinctione, & dependentia liberi actus divini, est à parte rei, & ita esse concipientium est.

Reliqua vero quæ opposit, probant tantum Dei decreta non esse re ipsa, aut fuisse, neque esse posuisse, futura formaliter, ita ut aliquo instanti durationis non fuerint: quod Auctor ille ait esse necessarium ut aliquid propriè & non abusivè dicatur futurum. Eodemque tendunt illa omnia, quibus conatur enervare tres rationes Suaris ante relatas, num. 84. & sequentibus: Sed omnino aberra: ab intentione Suar., & à statu questionis eo sensu quo Suares rectè illum proposuit & exposuit: qui in eo consistit: Vtrum Deus cognoscat sua decreta, tamen exclusiè, quam praesistente conditionata; independenter ab eorum existentia & iam actu posita, & à conditione ut iam actu exhibita, vel exhibenda de facto, eadē vi & ratione, qua futura conditionata creaturarum cognoscit independenter ab eo quod sicut actu coexistens suæ cognitioni? Quod omnino conuincunt rationes superius à Suarez & à nobis allatae.

S E C T I O N X.

*Examinatur doctrina Recensioris cuiusdam
Anonymi contra scientiam medium.*

Post hæc scripta venit in manus meas re-
cens excusa dissertatio cuiusdam Anony-
ni contra scienciam medium, cuius doctrina
examinada est, & si quid noui attulerit, expé-
dendum. Is igitur in libro quæ scripti de Or-
dine, cap. 24, in quo descriptio media sit,

putare aggreditur. Principio supponit futura conditionata, quæ dicuntur esse obiectum scientiæ media, non esse tantum duplicita, ut docent illius assertores, neque diuidi adæquatè in ea quæ à parte rei aliquando ponenda sunt, eorum conditione positâ, proindeque sunt etiam absolute futura: & ea, quorum nec conditio, nec ipsa vñquam in rerum natura sunt ponenda; Sed duo alia membra addi posse: videlicet eorum quæ posita conditione, sub qua dicuntur futura, non sunt tamen ponenda; vel è contra, quæ actu erunt, etiam non posita conditione.

Futura dividuntur adæquatè in futura aboluta, & futura conditionata. Sed errat mani festè in ipso limine disputationis. Nam ea quæ conditione posita, non sunt ponenda; non sunt futura conditionata. Implicit enim contradicitionem aliquid esse futurum sub tali conditione; & non esse ponendum, posita illa conditione. Sique dicitur futurum esse sub illa conditione: falsò dicitur, quia non est tale. Quare ea quæ sunt huiusmodi, non pertinent ad divisionem futurorum cōditionatæ. Item illa quæ erunt, etiam non posita conditione, sunt futura absolute simpliciter: non autem conditionata, id est, dependenter à conditione, & non nisi illâ posita. Ergo illa quoque non pertinent ad divisionem futurorum conditionatæ, quæ generaliter sunt huiusmodi, ut in sua existentia pendent à conditione, eaque posita ponantur, & non posita non ponantur. Sine causa igitur communis diuīsio futurorum conditionatæ à Modo illo reprehenditur, velut diminuta, & insufficiens.

97 Secundò, in codem capite, num. 4, affirmat neminem, ante Molinam, de Dei scientia media, ne per somnium quidem vñquam cogitasse, nec eam vllibi vel supposuisse, vel adhibuisse, ad ullam fidei Scripturæ sacrae, sive Theologiæ Scholasticae difficultatem expeditam. At hoc à vero longe alienum esse patet ex dictis sect. 1. huius disputationis n. 42. & sequentibus. & tota ferè sect. 2. vbi ostendimus Scripturā, & Sanctos Patres manifestè hanc scientiam Deo tribuere, illamq; sèpius supponi à D. Augustino, aliisque Patribus, solvendo varias quæstiones Infidelium circa mysteria fidei. Eandem antiquis Scholasticis non fuisse incognitam, atque imprimis D. Thomæ, satis perspicue ostendit. Suares lib. 2. de scientia conditionata, & Prolegomenz. 2. de gratia, Ruis disp. 67. de scientia Dei, aliisque qui hac de re copiosus & accuratus scripserunt. Illorum autem aliqua testimonia expendemus paulò post.

98 At, inquit cum omnium confessione nulla in antiquis reperiatur alia diuīlo scientia diuina, quam visionis, & simplicis intelligentie, & vtræ sit absoluta: vbi nam gētiū Iuniores conditionatam apud Seniores invenient? Dicere enim veteres Theologos eam sub harum altera comprehendis, nihil habet probabilitatis, cum conditionatam hanc vtræ que priorem esse velint huius scientia Patroni. Deinde cum hac scientia mediæ cognosci à Deo velint quam futura condi-

tionata re vera futura, non potest pertinere ad scientiam simplicis intelligentia, quæ solum est eorum, quæ nec sunt, nec sunt, nec fuerunt. Sed neque ad scientiam visionis, quia hæc tantum est eorum quæ sunt, fuerunt, vel erunt. Scientiæ autem conditionatae subiiciunt plurimæ, quæ nec sunt, nec fuerunt, aut erunt vñquam.

Respondeo, tum Seniorescum etiam plerosque Iuniores Theologos, eam partim sub scientia visionis, partim sub scientia simplicis intelligentie comprehendisse, posseque facilimè sub illis comprehendendi. Quatenus enim est eorum quæ re ipsa futura sunt, quia ponitur conditio, pertinet ad scientiam visionis, quæ est eorum omnium, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, in quacunq; differentia temporis. Quatenus vñq; est eorum quæ nunquam erunt, quia non ponetur conditio, sub qua futura essent, pertinet ad scientiam simplicis intelligentie, quæ comprehendit omnia, sicut existentia: quamus neque solum illorum sit; verum etiam existentium, non vt existentium, sed vt possibilium, abstrahendo ab existentia actualiter posita vel ponenda. Quæ etiam ratione posset facile comprehendere scientiam cōditionalium respectu futurorum, consideratorum non vt re ipsa futurorum absolute, sed præcisè vt futurorum conditionatæ, abstrahendo ab eo qd ponatur conditio, & veluti antecedenter ad illius positionem vt re ipsa futuram. Atque ita totalis scientia media, quæ talis, comprehendetur sub scientia simplicis intelligentie.

Quod autem ait Modernus, scientiam tacitam dicere ab eius assertoribus esse priorem vtræ; scientiæ visionis scilicet, & simplicis intelligentie, non est verum. Nam illi manifestè docent, scientia simplicis intelligentie, prout vera est circa possibilia, quæ Celia, & scientiæ visionis, prout Deum ipsum, eiusque attributa necessaria attingit, esse priorem, saltem ex parte subiecti, & ordinem cessit. Scientiæ conditionatorum: quia hæc contingens est, illa vero sit simpliciter necessaria. Et scientiam rei aliquæ, vt possibilis, esse priorem subiustandi consequentiæ scientiæ eiusdem, vt futura conditionatæ. Neque enim vlti subiustandi consequentiæ, Res illa est possibilis posita tali conditione. Ergo est futura si ponatur hæc conditio. Vale autem hæc, Res illa est futura si ponatur hæc conditio: ergo est possibilis sub illa conditione. Ac denique docent scientiam simplicis intelligentiæ rerum, & possibilium, est priorem de cetero Dei de iisdem, sicut absolute, sicut sub conditione ponendis, quod decretum supponitur, saltem sub conditione, in Obiecto scientiæ mediae de futuris conditionatæ. Ex gr. cùm dicimus, si Petrus ponetur in his circumstantiis negandi Christum, negaret: Si Paulo Offeretur occasio Martyrij, illud acceptaret: supponitur decretum diuinum, saltem sub conditione, permittendi in Petro negationem, & iuvandi Paulum ad acceptandum Martyrium: Aquæ etiam decretum conditionatum saltem concer-

Compre-
henditur
partim sub
scientia vi-
sionis, par-
tim sub
scientia
simplicis
intelligen-
tiae.

99

Ordo priori-
ritatis in
ter scientiæ
mediae
visionis &
simplicis
intelligen-
tiae.

rendi cum utroque ad actum positivum negandi Christum, vel acceptandi Martyrium.

Itaque hoc argumentum Aduersarii peccat in tribus. Primo, in eo quod ait scientiam medium esse priorem generaliter scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentiae, iuxta eius assertores: nam secundum eorum doctrinam, & rei veritatem, est ex parte posteriori utraque ex parte vero cum illis coincidit. Secundo, in eo quod affirmit scientiam simplicis intelligentiae esse tantum eorum, quae nunquam sunt, fuerunt, vel erunt: nam comprehendit etiam existentia, spectata ut possibilia: & potest eadem complecti spectata ut futura conditionata, a strahendo, id est, independenter ab existentia absolute futura. Tertio, in eo quod concludit scientiam medium non posse absolute & vello modo pertinere ad scientiam visionis, quia est aliorum non existentium: neque ad scientiam simplicis intelligentiae, quia est aliorum existentium. Cum etiam supposita definitione scientiae simplicis intelligentiae, qualen pse vult, ad summum inde concludi posset scientiam medium totam & omnem ex parte pertinere non posse ad scientiam simplicis intelligentiae, neque ad scientiam visionis. Secundus autem, non posse ex una parte ad hanc, ex alia vero ad illam pertinere.

Tertio, eodem cap. num. 5. & sequentibus conatur ostendere, malè antiquos Theologos à Didato Ruis allegari in favorem scientiae mediae, p. 67. de scientia Dei. Et quoniam nimis longum esset singula eorum testimonia persequi, pauca proponam, & ea solum quae ab Adversario referuntur, & insipientur, veluti perperam allegata: ex quibus sat intelligi poterit utrum antiqui Theologi scientia media passim sint, appositeque & fideliter in hunc finem carentur.

Primus quem Ruis allegat, est Magister sentent. in 2. d. 23. inicio, cuius haec verba sunt: *Mouentur aliqui dicentes, cur creavit Deus, quos fugios malos prescribat?* Quia praeuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Et post patua. *Frustra dicunt, non debet Deus creare quos prescribat malos futuros.* Sciebat enim bonus profuturos. Quae verba, ut bene Ruis ibidem notat, sunt defumpta August. ex D. Augustino lib. 11. de Genesi ad literam cap. 6. 8. & 9. & non possunt intelligi de praesentia peccatorum, tanquam absolute futurorum: quoniam ad actiones absolutae futuras presupponitur persona, & consequenter presupponitur decreatum creandi personam. Quapropter eam praesentia nulla ratione potuisse impedire ne Deus decerneret creare tales personas. Quod tamen potuisse impedire praesentia peccati tanquam conditionaliter futuri. Poterat enim Deus, praesens fore ut peccarent si eas crearet, abstinere a decreto ille creandi, propter hanc præscientiam.

Duo ista loca Magistri in favorem scientiae mediae.

Secundus quoque, ut Ruis, est S. Thomas 2. 2. quæst. 105. articulo primo ad secundum, ubi sic habet: *Sicut Deus sciebat quod liber per tentationem in peccatum esset decessus: ita etiam sciebat quod per librum arbitrium resistere poterat tentatori.* Quod eo fine dicit Sanctus Doctor, ut ostendat fusile conueniens, Deum permitteret tentari primum hominem, quamvis presciret fore ut succumberet tentationi: quemadmodum patet ex dicto S. Bartuli, & ex argumento 2. cui respondet. Ad eoque loquitur de scientia media, dirigen- te decreto, & potente impetrare id pe-

Huic ratiocinationi nihil respondet Aduersarius, sed tantum exclamat, *Quis vel Theologorum, vel Philosophorum, ex his verbis inferat Magistrum sententiaram existimasse, aut supposuisse in Deo esse scientiam conditionatam? An non verba, praescire, & prauidere, & scire bonis profuturos, manifeste scientiam visionis indicant, quia vere Deus sciuit, prauidit, ac prescivit qui mali essent futuri? vel ut alius placet, de scientia absoluta simplicis intelligentiae, quam causam rerum esse volunt, accipienda sunt? Quid igitur hic opus est scientia conditionata? Verum illius necessitatē satis perspicuū Ruis ostenderat, tum verbis proximè ex eo relatis, tum fusili disputatione. sect. I. Nam Magister, post D. Augustinum, loquitur de praesentia quæ potuit diligere decretum Dei de creandis hominibus, & impedire ne eos creareret, ac proinde ne decerneret eos creare. Hæc autem praesentia non erat peccatorum ut absolute futurorum: nam hæc supponit decretum de hominibus creandis & de permittendo ut peccent. Quare non potest dirigere Deum, in formando decreto iam presupposito: & impedire ne creeret, quos iam efficaciter creare decrevit. Non etiam erat simplicis intelligentiae de peccatis ut possibilibus. Quia non mouebantur illi, de quibus est quæstio, neq; interrogabatur creasset Deus quos prescibebat posse esse malos? Sed, quæ prescibebat futuros esse malos? Neque quod peccare possent dum taxat, sicut iusta ratio cur mouerentur, & quererent cur Deus eos creaseret? Sed, cur praesciens esse peccatores, si crearentur, nihilominus creavit, & praesentia peccatorum futurorum, si crearentur, non impedivit, quo minus decerneret creare? Idem iudicium esto de altero Magistri testimonio, à Ruis allegato, sumpto ex D. August. lib. 1. de Genesi ad lit. Aug. 1. cap. 4. vbi respondebat praesentiam Dei de peccato Adæ futuro si tentaretur, non eum impediisse quod minus tentari permetteret: quia Non esset laudabile homini, si ideo bene vivere posset, quia nemo male vivere suaderet. Quæ verba necessaria debent intelligi de praesentia conditio[n]ata, apta Deum dirigere in formando aut non formando decreto permittiendi tentationem: Ut patet à similiter discursu supra facto.*

Secundus usque ad quorū Theologorū quem allegat L. Ruis, est S. Thomas 2. 2. quæst. 105. articulo primo ad secundum, ubi sic habet: *Sicut Deus sciebat quod liber per tentationem in peccatum esset decessus: ita etiam sciebat quod per librum arbitrium resistere poterat tentatori.* Quod eo fine dicit Sanctus Doctor, ut ostendat fusile conueniens, Deum permitteret tentari primum hominem, quamvis presciret fore ut succumberet tentationi: quemadmodum patet ex dicto S. Bartuli, & ex argumento 2. cui respondet. Ad eoque loquitur de scientia media, dirigen- te decreto, & potente impetrare id pe-

S. Thom. mitte et. De qua eadem scientia manifestè intelligendum est quod ait i. p. quæst. 92. art. 1. Argum. 3. Occasiones peccatorum sunt amputanda: sed Deus præscivit quod mulier esset futura viro in occasionem peccati: ergo non debuit mulierem producere. Quod argumentum non potest intelligi nisi de præscientia peccati Adx, conditionatè futuri. Respondet autem S. Thomas, non negando illam præscientiam, sed explicando rationes maioris boni quæ præponderabant illis peccatis, ita ut propter illa conditionaliter prædicta Deus non debuerit abstinere à creanda muliere. Hæc si bene expendisset Anonymus, & nisi (nescio qua fide) Authoris huius verbi omisisset, quibus perspicue ostendit, illum fuisse verum sensum S. Doctoris; non habuisset ansam exclamandi, At unde manifestum? Ne ipsum quidem præscientia, aut præscire, verbum habet S. Doctor, sed bis tantum, verbum, sciebat. Enimvero in posteriori loco, à Ruis addito in confirmationem prioris, habet dissentè verbum præscivit. Et in utroque loquitur de scientia antecedente, & potente dirigere decretum permittendi tētationem, & de quo rationabiliter queri posset, cur Deus, eā præscientiā non obstante, decrevit permittere. Quæ scientia non potuit esse alia, quam præscientia lapsus, ut conditionatè futuri: quemadmodum paulò ante ostendimus. Cetera quæ addit Aduersarius contra hunc locum D. Thomæ sunt ex supra dictis soluta.

504.
D.Thom. Ad alterum verò testimonium D. Thomæ à Ruis allegatum ex i. p. quæst. 23. art. 5. in corp. prope medium, vbi S. Doctor refert opinionem dicentium, quod merita sequentia prædestinationis effectum, sum ratio prædestinationis: ut intelligatur, quod ideo Deus dat gratiam alicui, & præordinavit se ei daturum, quia præcivit eum bene usum gratia: sicut si Rex dat alicui militi equum, quem scit eo bene usum: Respondet, quantum Ruis in hoc testimonio citando hallucinetur, ex eo conitare, quod S. Thomas initio corporis illius articuli præmoneat se in eo, nullo modo agere de internis diuinæ prædestinationis, præordinationis, & præscientia actibus; sed solum de ipsis effectibus prædestinationis externæ, adjunxit compagatis. Vnde nullo modo comparat ita internam Dei præordinationem dandæ gratiæ, cum interna eius præscientia boni usus illius gratia: sed bonum usum cum ipsa gratia, quæ utraque à parte rei existunt, ad inuicem comparantur. Præterea inquit cùm nominet ibi præscientiam quæ Deus cognoscit aliquem bene usum gratia, quam re vera datus est: præscientia autem ex rei veritate, sanctoque Doctor, nulla sit nisi futurum: perspicuum est eum de præscientia non conditionata sed absoluta loqui.

Verum hæc responsio peccat in duobus. Primo, quod mentem D. Thomæ non precipit. Secundò, quod vim argumenti ex illo deducti non expedit. Nam D. Thomas

initio corporis articuli citati præmoneret tamen se non agere de causa diuina voluntatis, eo sensu quo dixerat q. 19, art. 3. (quod lectorem remittit) non posse causam assignari diuinæ voluntatis. Per causam vero, inteligit realē, & physicē producentem ipsum actum diuinæ voluntatis: ut patet ex toto discursu articuli: & ex ratione quam redditum in argumeto, Sed contra, sumpto ex D. Augustino lib. octoginta trium quæst. qu. 27. quia scilicet *Omnis causa officia maior est eo quod efficitur.* Nihil autem maius est voluntate Dei: Tūc etiam in toto discursu corporis articuli, qui est huiusmodi: *Cum voluntas sequatur intellectum; eodem modo contingit esse causam alicuius volentis, ut velit: & alicuius intelligentis, ut intelligat.* In intellectu autem sic est: quod diverso actu intelligat principia, & conclusionem; notitia principiorum est causas scientia conclusionis. Secus autem si unico actu quia idem non est causa sui ipsius. Et similiter quis pluribus actibus velint finem, & media; voluntio finis erit causa volitionis mediorum: secus verum unico actu velit finem, & media. Deus autem secus unico actu omnia intelligit, unde in illo notitia præmissarum, non est causa notitia conclusionis: sic uno actu omnia vult. Vnde ipso volitione finis non est causa volitionis mediorum. Sed D. Thomas utroque non negat dari rationem diuinæ voluntatis, quæ velit unum propter aliud. Quin potius id manifeste supponit articulo illo, quæstionis 23. in solutione tertii argumenti, cui sic respondet: *Ad tertium dicendum, quod ex ipsa bonitate voluntatis sumi potest prædestinationis aliquorum, & reprobationis aliorum:* quia scilicet, ut addit paulò post, voluit Deus in unius suam misericordiam, in alijs suam iustitiam ostendere. Itaque manifestatio misericordiæ fuit ratio cur voluerit electos salvare, & manifestatio iustitiae fuit ratio cur alios reprobauerit. Estque ibi sermo ne de foliis effectibus prædestinationis, & reprobationis: cum certissimum sit, de eis, effectum prædestinationis habere causam, nimis bona opera: & effectum reprobationis habere causam, nimis peccata: sed est sermo de ipsa prædestinatione, & reprobatione interna, de qua in argum. proposito quæstio era. Nam ex eo quod non est iniurias apud Deum, ut dicitur Rom. 9. sic inferebat: *Non igitur iniqualia preparat Deus hominibus prædestinando, & reprobando, nisi propter differentiam meritorum.* Nota, *prepares:* quo verbo significari internam prædestinationem fatetur Aduersarius cap. 51. n. 7. Et verò si esset iniurias in collatione effectuum inæquum: esset pariter in volitione conferendi. Atque ex his satis pater quantum ille aberraverit à vero senti D. Thomæ.

Quod vero neque vim argumenti ex illo deducti expanderit, manifestum est: quia supponit quod D. Thomas de actibus internis Dei loquatur, ut iam ostendimus: non potuit loqui de præscientia absolute futurorum, ut responderet Aduersarius: quia loqui-

Augusta

105. tur de præscientia quā Deus, iuxta senten-
tiam quam refert, præsciebat, quod si talibus
daret gratiam, essent illa bene usuri, & ideo
illam dedit. Volebant enim auctores
ilius sententia bonum usum gratia, præ-
citatum à Deo, fuisse causam vel rationem cur
Deus iliam dederit, & ab eterno dare volue-
rit. Itaque loquitur D. Thomas de præ-
scientia quam presupponit volitio conferen-
di gratiam, queque Deum mouet ut volit
eum conferre. Hæc autem præscientia non
est boni usus ut absolute futuri. Nam ista
supponit gratiam ut absolute futuram, tan-
quam causam illius boni usus; & consequen-
ter supponit decretum illius gratia, confe-
rendre. Ergo superest ut sit præscientia eius-
dem boni usus tanquam futuri si gratia con-
feratur, ut recte Didac. *Puis* concludit.

Nec obest quod D. Thomas loquitur de
præscientia, quā Deus cognoscit aliquem
boni usum gratia quam re ipsa daturus est.
Nam illa ipsa potest præsciri conditionē:
independenter à decreto absolute de illa
danda, & antecedenter ad tale decretum, il-
lud dirigendo: quemadmodum volebant
Authōrūq; sententiam referit S. Do-
ctor. Dicere autem eum loqui de præscientia
absoluta, quia utitur nomine præscientia,
præscientia autem, ex D. Thoma, & ex rei veri-
tate, nulla est nisi futurorum absolute; est
manifestè petere principium, & vim argu-
menti propositi dissimulare. Alijs testimo-
nijs D. Thomæ relatis à Didaco Ruis nihil res-
pondeat *anonymus*: ut neque multis alijs
plurimorum Authorum, quos tota illa dis-
putatione refert: exceptis tribus S. Bonau-
tentura, de quibus dicendum superest.

106. S. Bonau.
Expenduntur alia te-
stimonij S. Bonauen-
tura pro
scientia media.
Primum illorum est huiusmodi ex lib. 3.
Senten. dist. 1. art. 2. q. 2. ad 5. Quia Deus
ab eterno præciuit lapsum generis humani, id
fecit, quia se reparatum cognovit. Et ideo prin-
cipaliter in intentione fuit reparatio lapsi, quām
conditio eius ad lapsum possibilis. Quibus ver-
bis relatis sic more solito exclamat Aduersa-
rius. *Ubi hic vel umbra tenuis scientia condicio-
nat?* At non Deus scientia absoluta lapsum huma-
ni generis, & eius reparacionem scientiam abso-
lutam visionis, aut simplicis immel gentia præciuit?
sed pergit dissimulare, aut non auertere
vim argumenti Didaci Ruis, qui recte ex-
pendens verba D. Bonaventura, ait, ipsum
loqui de præscientia quā Deus præcognovit
futurum hominum peccatum, ratione riūs
quām decerneret creare genus humanum:
adeoque loqui de præscientia peccati ut con-
ditionaliter futuri. Sequela patet ex supra
dictis. Nam præscientia peccati Acet., &
lapsus humani generis ut absolute futuri,
supponit decretum de creando humano ge-
nere. Ergo non fuit ratione prior filio de-
creto. Antecedens vero probatur, quia D.
Bonaventura loquitur de præscientia quae
non impedivit: & tamen impedit poterat,
ne Deus faceret, & consequenter ne ab etero-
no decerneret facete genus humanum, præ-
cians lapsus humani generis, aitque illam

præscientiam non impediisse; quia *repa-*
raturum cognovit; voluitque creare homi-
nem, & permettere labi, quia potus, & vo-
luit ipsum reparare: & iuxta D. Bonaventu-
ram, principalius fuit in intentione reparatio
lapsi, quām decretum permittendi labi;
quia Deus permisit labi, ut lapsum repara-
ret. Est autem manifestum quod præscien-
tia quā Deus hoc præciuit, non fuit scientia
simplicis intelligentiæ prout versatur circa
possibile, *visic*; neque etiam scientia visio-
nis de lapsu ut absolute futuro, quæ suppo-
nit decretum creandi genus humanum, &
permittendi ut labatur; ideoque non potuit
impedire ne Deus id decerneret.

Eodem viito laborat quod respondet Ad-
uersarii secundo, & tertio testimonio D.
Bonaventura, à Didaco Ruis allato ex lib. 1.
Senten. dist. 41. art. 1. quæst. 2. ad 6. &
dist. 40. art. 2. quæst. 1. in corp. Nam ne-
que verba Doctoris Seraphici satis expendit:
neque vim argumenti, ex illis deduci ab
auctore citato, vel leviter infirmat, sed illius
ratioinacionem plane dissimulat, ut vtriusque
verba legēti manifestum erit. Quare ne
actum agam, plusibus supersedeo.

SECTIO XI.

Respondetur argumentis eiusdem auctoris contra
scientiam medium.

107. *H*ucusque offendimus quām sit à verita-
te alienū quod affiat author libri de
Ordine, scientiam medium adeo esse autho-
ritate & patrocinio Doctorum veterum de-
finitam, ut nullus coram, ne per somnum
quidem, vñquam de illa cogitauerit. Cum
potius ex dictis satis perspicue appearat illos
ipatos, quorum inter plurimos alios testimo-
nia infirmando se legit, scientiam condi-
tionalium agnoscere in Deo, & velut indubia-
tam supponere. Nunc positissimis argumen-
tis, quibus illam impugnat toto capite 25.
satisfaciendum est.

Primum igitur illius argumentum est, quia Primum
ex D. Thom. 1. p. quæst. 14. art. 1. 3. duobus argm. et
tantum modis figurum contingens confide-
rari & cognosci potest: vel in se, & secun-
dum quod est actu: vel in sua causa. Futura
autem conditionalia contingencia, quæ actu
futura non sunt, neutro modo cognosci à
Deo possunt. Non primo: quia nunquam
actu fuerunt, aut futura sunt. Non etiam
secundo: cum in quidem futura conting-
entia absoluta cognosci possint à Deo in sua
causa. Quicunque enim effectum contin-
gentem cognoscit in sua causa, pon-
habet de eo nisi conjecturali aliquam co-
gnitionem: cum causa contingens, ex se, &
ante suam determinationem actualiter se-
habet ad oppositam. Omnis autem conjectu-
ralis cognitio à Deo remouenda est, quia in-
certa, dubia, & periculo falsitatis exposita.